

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Amico cuidam N.N.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

rificum iudicium de uirtute R.P.V. nos quoq; studia omnia et officia nostra ad R.P.V. deserimus. Quare ut propter nos aliquid ad benevolentiam erga hunc Petrum addat R.P.V. etiam atq; etiam rogamus. Bene ualeat R.P.V.

Amico cuidam N.N.

S. Utinam amicitia tua frui possem, mi amice. Animaduerti enim, ad ceteras animi pulcherrimas dotes, & ad doctrinam egregiam, te addidisse summam humanitatem. Quid autem fingi aut perspectius aut amabilius hac coniunctione & societate potest? Quare uelim tibi persuadeas, te à me ualde amari, & fieri plurimi. Hunc animum si possem aliquo officio declarare, profectò efficerem, ut exiguum & studium & amorem erga te meum cognosceres. Mihi quoq; persuasi, me tibi charissimum esse. Quare te rogo, ut amicitia nostrae memoriam conserues, ubiq; gentium eris. Fortassis & literæ meæ, si erunt tempora nobis æquiora, testabuntur, me præclare de tua uirtute sensisse. Scripsit ad me tuus Hieronymus Papiensis, de itinere Italico. hunc ut comitem adiungas, etiam atq; etiam rogo. Scis illud Cyri apud Xenophontem: Cum bonis uiris esse navigationem tutiorem. Ita & ille te expetit comitem, & fausti ominis ducem: tu quoque talis uiri eximia probitate, fæ-

K 3 de, pu-

de, prudentia & doctrina præditi consuetudinem expetas. Habet Patavij amicum Damianū, ad quē proficisci decrevit. Hunc talē esse virū scito, ut ne minē usquā ei prælaturus sis. Nec tibi Hieronymus erit oneri. *Quæso ut respondeas. Die Palmarū, 35.*  
*Instructio pro Casp. Steinbach ministro*  
*uerbi, ad expeditionē Turcicā 1542.*

Quoniam proficiscitur commissione Reipublicæ Argentinensis, quæ Euangelio nomen dedit, cū alijs protestantibus: Prima cura sit, ut ipse præco uerbi, & qui sub uexillo Argentinensi militans, doctrinam seruatoris Dei ornēt in omnibus. Secundo, concionator ornabit, si firmus fuerit in sermone sano, conuersatione irreprehensibili, dilectione, spiritu, fide, puritate. Subiecti uexillo Argentinensi ornabunt, si doctrinæ Ioannis (Ne quē concutiatis, ne ue calumniemini, et contenti estote stipēdijs uestris) paruerint: tum in terra amicorū, tum in hostium agris obtemperarint capitaneis, ac huius legatis, item uexilliferis: qui uiri sunt ueritatis ac honestatis amantissimi. Casparus etiā concionator iam nominatis se iungat, illorum sodalitate intersit, quos & patronos & tutores habebit eorum consilio & deliberatione, quando & quoties putat utile, et edificaturū uerbū, cohortationē habeat, maxime diebus Dominicis. *Quarta: ne uerò cōciones sacrosancti Euangelij cōtemptui habēantur,*